Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 172.



Aust: ut refert Krausius p: 202.

Cod: CCLXXIV.

Chartac: 4. Saec: 15.

B 5.7.

1. Fol: 1a–68a

Alberti M: tractat: de abundantia exemplorum.

Alberti M: tractatus de abundantia exemplorum. Incipit prologus: "quoniam plus exempla quam verba movent". Primae autem partis capitulum primum: "Species timoris dicuntur esse septem". Totum septem absolvitur partibus. In fine additur: "Et sic est finis hujus tractatuli quem compilavit Albertus magnus Ratisponensis episcopus ipsum appellavit de habundancia exemplorum". Sed a nemine, quantum scio, praesens tractatus Alberti operibus accensetur.

2. Fol: 69a–116b

Jacobi de Voragine Legenda aurea abbreviata.

Legenda Jacobi de Voragine aurea abbreviata. Absque omni inscriptione incipit: "Adventus Xti agitur per 4or ebdomadas". Praesens scriptum nil aliud esse, quam toties decantatam Jacobi de Voragine Legendam auream (seu Hist: Lomb:) collatio me docuit. Loquitur de ea Quetif: T. I. p: 456. Verum hucusque abbreviator anonymus eruditos latet.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 173.

3. Fol 117–126.

Joann: Gersonii tract: de parvulis ad Xtum trahendis

Joannis Gersonii tractatus de parvulis ad Christum trahendis. Incipit: "Sinite parvulos venire ad me &c. Supremus Legislator noster et doctor Xtus." Extat in edit: Dupinii. T: III. col: 277. Trithemius cap: 755. cum vocat ad Rectores puerorum.

4. Fol 126–129.

Ejusdem tract. de statibus ecclesiasticis.

Ejusdem tractatus de statibus ecclesiastic. Rubrica est: Incipit tractatus M. Johannis Gerson de curatis et privilegiatis et ceteris." Initium: "Lux quam omnes conservare convenit." In praef: edit: habetur Tom: II. col: 820.

5. Fol: 129–138.

Ejusdem dialog. de perfectione cordis.

Ejusdem dialogus de perfectione cordis. Incipit: "Theologus loquitur ad animam Xti, "anam". In praefat: edit: T. III. col: 436. De eodem etiam fuit sermo in lod. XLIX n: 20.

6. Fol: 138–148.

Ejusdem tract. de non esu carnium Carthusiorum.

Ejusdem tractatus de non esu carnium Carthusiensium. Epistola praemissa initium est: "Egregio viro Johanni de Gonnant qui olim in seculo miles." Opus ipsum incipit: "Grandis et mira est Joannis abstinentia". In edit: praedicta extat T: II. col: 713.

7. Fol: 149–156.

Joann: de Palomar tract: de abstinentia a carnibus.

Joannis de Palomar tractatus de abstinentia a carnibus ad Joannem Abbatem Scotorum Viennae. Rubrica praecedit: "Epistolaris praefacio in tractatum editum per venerabilem virum M: Johem de Polomar archidi-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 174.

„acorum Brachinonensem decretorum doctorem
„de esu et abstinencia carnium monachorum".
Epistola ad Joann: Abbatem directæ initium
est:" Amantissimo patri domino Johanni Ab-
„bati monasterii Marie ord: S. Bened: Wyen-
„ne Scotorum volgariter nuncupati Johannes
„de palomar" &c. Cum primum vestre paterni-
„tatis accepi notitiam". Tractatus vero inci-
„pit:" Surgent in judicio filii Rechab". Illiq
meminere Nic: Antonius in Bibl: vet: Hisp:
T. II. p: 147. Trithem: cap: 741. aliique sequa-
„ces.

8. Fol: 156–158.

Excerpta ex Quo-
„libeto Alexan-
„dri N: de licent:
monach: come-
„dendi carnes.

Alexandri N: Scriptum de licentia mona-
„chorum comedendi carnes. Est excerptum ex
prolixiori hujus Alexandri libro, Quodlibe-
„tum vocato, uti patet ex rubrica præmissa,
quæ est:" Sequens questio excerpta est ex quod-
„libeto allexandri cujusdam doctoris sacre
„theologie ordinis frm augustiniensium qui
„liber habetur Wyenn in conventu ejusdem
„ordinis in libraria in primo pulpitu quo per
„gradum ascenditur ad librariam minorem".
Quis fuerit hic Alexander ex Ossingero conji-
„cere non licuit. Quæstio hæc concernit Be-
„nedictinos, et incipit:" Utrum monachus
„existens fortis, et validus de licencia sui
abbatis possit comedere carnes."

9. Fol: 158–162.

Joan: Gersonii
tract: de medi-
tat: cordis.

" Joannis Gersonii tractatus de meditatione
„cordis; ita rubrica. Incipit:" Meditacio cor-
„dis mei in conspectu tuo semper. felix
„certe qui". Habetur in editione Dupinii
T. III. col: 449.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 175.

10. 162b-169.

Ejusdem tract. de Simplificatione cordis.

Ejusdem tractatus de Simplificatione cordis. Incipit: "In simplicitate cordis querite illum. Hanc Sapientis exhortacionem". In edit: cit: T. III. col: 457.

11. 169b-180b.

Ejusdem tract. de directione cordis

Ejusdem tractatus de directione cordis. Incipit: "Confitebor tibi in direccione cordis. Pollicetur hic Psalmista". In edit: T. III col: 468. Habetur quoqs in Codice XLIX n: 36.

12. Fol: 181a-199b.

Guillel: Sagineti lamentatio ob coelibatum sacerdotum.

Guillelmi Sagineti lamentatio ob coelibatum sacerdotum, seu dialogus Nicenae Constitutionis, et naturae humanae de ea re conquerentis. Titulum in codice nostro praeferthunc: "Lamentacio humane nature adversus Nicenam constitucionem interdicentem conjugatis sacerdocium allegorice descripta per militem unum conjugatum aliqualiter literatum sui et aliorum conjugatorum nomine querele vere adherentem". Tum sequitur: "Litera clausa excusatoria actoris super eo quod materiam aggreditur pape directa". Epistola ad Martinum V. directa incipit: "Beatissime pater post pedum V. S. oscula beatorum"; in fine additur nomen loci et authoris, nempe: "Scriptum in castro supra fontem admirande vallis Cluse prope vestram ammon (: ammonensem, seu avinionensem ?:) civitatem curieque romane nidum fertilissimum jocundum et amenum. humillimus ecclesie et V. S. devotus et fidelis Gwilhs Saigneti miles Sey lis Bellicady". Hanc excipiunt litterae ad Imperatorem (: Sigismundum :) Cardinales, Archiepiscopos, Concilii (: Constantiensis :) Praesidem &c. Sequitur demum ipsa lamentatio seu dialogus: In fine

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 176.

addidit librarius: "Explicit Scriptum Basilee tempore concilii generalis per fratrem quendam Ord: S: Bened: professum monasterii Mellicen, sis in austria anno domini 1433. in profesto Sancti anthonii confessoris completum". Gusdem authoris, et operis meminit Oudinus Tom: III. col: 2325.

Guillelmus Saginetii, gallice Saignet, miles vixit aō 1420. Hujus tractatui opposuit

13. 199-216

Joan: Gersonii tract: de celibatu Ecclesiasticorum.

Joannes Gerson dialogum Sophia, et natura, seu tractatum de celibatu Ecclesiasticorum. Rubricam in codice nostro habet: "Sequitur tractatus magistri Johannis Gerson de celibatu ecclesiasticorum cujus colloctutores sunt natura et Sophia". Praefatio incipit: "Dialogus apologeticus"; opus ipsum: "Sunt equidem qui dicunt: Ne murmuraveris". In calce legitur: "Scriptum Basilee tempore concilii generalis anno domini 1437. completum vero die mensis Januarii per quendam professum Monast: melicen: Ord: S: Bened: patavien: diocesis". Extat inter opp: Gersonii edit: Dupinii Tom: III. col: 617.

14. Fol: 217-234.

Gjusdem Centilogium de conceptibus.

Gjusdem Centilogium de conceptibus. Incipit: "Conceptum de virgine magnificantes". In fine additur: "Explicit Centillogium de conceptibus M: Johannis Gersonis Cancellarii parisiensis factum in civitate Lugduni anno domini 1424." Habetur etiam in Cod. XLIX. n: 43. et in edit. praef. T. IV. col: 793.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 177.

15. Fol. 235ᵃ–240ᵇ.

Ejusdem centilogium de meditat. crucis.

Rubrica est: " Incipit centilogium de meditatione crucis ejusdem domini Cancell: Parisien„sis"; initium: "Exaltavit, ais, humiles o virgo beata". In fine: " Explicit centilogium Elegiacum super meditacione crucis die beati luce 1428. Lugduni editum a R. M. Joh: Ger: " Can: parisiensi. Haec omnia legere licet in edit: praef. T. IV. col. 573.

16. Fol. 240ᵇ–247ᵃ.

Ejusd: testamentum metricum.

Ejusdem testamentum metricum. Rubrica dicit: " Incipit testamentum peregrini me„tricum cujusdem qui se vocat peregrinum(a)

(a) Gerson hebraice latine peregrinum significat

Initium est:

" Gracia cui homen confert insigne Johannes
Advena cognomen gerson habere dedit". &c.

In fine additur: " Et mortuus est [sc. Gerson] die Sancte Margarete aō 1429 Lugduni. Edit in edit: Tom: III. col: 765.

17. Fol. 241ᵃ–242ᵃ.

Cantica Cantic: ab eodem in compendiosos rhythmos redacta.

Cantica Canticorum ab eodem in compendi„osos rhythmos redacta. Rubrica est: "Inci„piunt Cantica metrica ejusdem domini ger„sonis". Initium:

" Osculo pocrit amor delectat lenit et ardet" &c.

Cetera relegi possunt in edit. T. IV. col: 36.

His additur brevis tabula decem consi„derationum in orando Deum.

18. Fol. 242ᵇ–257ᵃ.

Ejusdem centilogium de impulsibus.

Ejusdem Centilogium de impulsibus: Inci„pit prafatio: " Deposuit potentes de sede &c centilogium". Opus ipsum in decem decades dividitur, quarum prima inchoatur: " Impulsus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 178.

nomen prius impositum". In edit: legitur Tomo III. col: 146.

19. Fol: 257a–278b.

Ejusd: Anagogicum de Verbo & Hymno gloriæ.

Rubrica est: "Incipit Anagogicum de verbo et Hymno glorie a cancellario Johanne parisiensi anno domini 1428." Incipit: "Gloria in excelsis deo patri et filio et spiritui sancto. Nihil enim potest aptius preferri." In fine subscriptum legitur: "Explicit anagogicum de verbo et ymno glorie a Johanne Cancellario paris. Lugduni anno 1428. Et continet quatuor partitiones principales in quarum qualibet sunt decem verba seu consideraciones et in quolibet versu multe notule seu verbala per literas alphabeti usque ad numerum CIIII×X. Eadem leguntur in edit: T: IV. col: 541. seqq.

20. Fol: 278b–288a.

Fragmenta ex S. Dionysii Areopagitæ Scriptis.

Fragmenta ex S. Dionysii Areopagitæ operibus nempe 1 de mystica theologia ad Thymotheum Ephesinum, quod incipit: "Trinitas superessencialis." 2 Epistolæ quatuor ad Gayum (: Cajum :) monachum, quarum prima incipit: "Tenebre quidem obscure." 3 Ex capite VII. libri de divinis nominibus. In calce additur: "Textus isti dijonisij sunt incorrecti / sed non inveniet alios scilicet dus Jo. Gersonis cancellarius pris expositor querat lector cum expositoribus specialiter vercellensem qui conformiter ad doctrinam Dijonisy studuit exponere cantica canticorum". Ad hæc intelligenda Oedipo opus esset. Cæterum monuisse sufficit hæc fragmenta in quavis editione reperiri, ab eruditis autem accenseri suppositititiis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 179.



21. Fol: 288a–295a

Jo: Gersonii tract: de elucidat: scholast: mysticæ Theologiæ.

Joannis Gersonii tractatus de elucidati,
,one scolastica mysticæ Theologiæ sub XII.
considerationibus a Joh. Can. paris: 1424.
Ita rubrica. Initium est: "Vobis datum est
" nosse misterium regni celorum dicebat Je,
" ,sus discipulis suis." In edit: reperitur T. III.
Col: 422.

22. Fol: 295a–299b

Ejusdem tract: de oculo.

Ejusdem tractatus de oculo. Incipit: "Ga,
,visi sunt discipuli viso domino quibus
" antea dixerat." In edit: T. III. col: 483.
Scriptus est ao 1424.

23. Fol: 299b–305a

Ejusdem tract: de pretiosa mar,
,garita.

Rubrica: "Sequitur tractatulus de una
" preciosa margarita compositus Lugduni a
" Joh: Can: paris: die S. Margarete V: et M:"
Incipit: "Simile est regnum celorum ho,
" ,mini negociatori &c: Una preciosa marga,
" ,rita". In fine: Scriptum Lugduni die
" et loco predictis 1424. In edit: T. III.
Col: 479. dicitur etiam de illuminatio,
,ne cordis, et habitus ao 1434.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 274

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27626

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)